In Nomine JESU Feliciter!

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

De

ANNO GRATIÆ,

Vulgò

Gnaden-Jahr/

Quam

DEI GRATIA ÆTERNA,

& ex

DECRETO ET AUTHORITATE,

Magnifici, Nobiliſsimi, Ampliſsimi atque Conſultiſsimi JCTORUM Ordinis, in Celeberrima Argentoratenſium Univerſitate.

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia DOCTORALIA ritè ac legitimè conſequendi,

in Solenni Doctorum Conſeſſu Erudito Examini ſiſtit

JOHANN DAVID Erhardt/

Auguſtâ Treboccus.

Ad diem Menſ. Februarii 114

ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS WILHELMI TIDEMANNI,

ANNO M. DC. LXX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

PRÆFATIO.

ACceſſit tandem Annus Gratiæ & Inſperata Salus, quam multo gemitu & ardentiſſimis votis mihi indies precatus ſum; tum, ut Beatiſſimi Parentis pio deſiderio, quaſi è tumulo urgenti, ſatisfacerem, quum & meam, ſi qua cœlitus eſt demiſſa, fortunam promoverem: Diu anxiè in fluctuoſo hoc Oceano, diris ventorum flatibus obnoxio, navem circumegi; donec ſtationem Felicitatis meæ, auxilio Altiſſimæ Manus & per Serenum Patronorum Fulgorem, inveni. Nunc portui Gratiæ anchoram injeci, Faxit DEUS, ut per tota vitæ meæ mortalia curricula, quò quicquid acerbi & triſtitiæ hauſi, illud omne jam velociter ſit defluxum, lætiſſimiſque compenſatum undis. Reſtat Tibi TER OPT. MAX. cœli terræque Creator, & Vobis, Gratioſa Pectora, ineffabilis Gratiarum actio, quam & 115

nunc & in omne ævum, pio corde & ſincero ore, in æternæ laudis buccinam, exhibeo atque promitto; Ulteriori Divinæ & Humanæ Gratiæ me commendans. Scripſi ea propter hanc materiam de ANNO GRATIÆ, ut Tituli intuitu, ſolatium & recordatio præteritorum atque præſentium mihi exſurgeret, & ego Te DEUM, GRATIAM ipſam, & Vos Magnifici PATRONI, Promotores certiſſimos haberem atque exorarem; quâ in re optimâ ſpe lætor, veſtro ſuffultus magno favore. Aggredior itaque bono animo opus ipſum, & poſtquam more ſolito Doctoralia Examina ſuſtinui, Authoritate & Decreto Ampliſſimi JCtorum Ordinis, hanc meam Diſputationem Inauguralem publicam facio, fretus Divina Gratia & bonorum favore.

TErminorum explicationem & in hâc materiâ juris genuinā ſignificationem ante omnia nobis evolvendam eſſe, hactenus communiori calculo receptum eſt, Ne igitur veſtigia Anteceſſorum diſputantium ſubvertam, primo loco de ANNO, poſt de GRATIA, & Tertiò de RE IPSA verba facturus ſum. Sit itaque principium noſtrum de

ANNO.

THESIS I.

ANNorum atque temporum ortum & exiſtentiam Divinæ Ordinationi, Ejusque cœleſti ſapientiæ nos omnes debere, quis eſt quem fugiant Sacro-ſancti Codicis Verba, da GOTT Liechter an der Veſte deß Himmels auffgeſtecket/ die da Tag und Nacht unterſcheiden/ und Zeichen/ Zeiten/ Tag und Jahr geben. Geneſ. 1. v. 14. Quæ quidem Annorum ratio ex ipſa naturali motuum cœleſtium revolutione & Sydereo curſu profluxit & tempora diſtinxit, poſtea autem pro arbitrio mortalium & quarundam regionum conſuetudine civiliter ita inſtituta atque conceſſa eſt, ut aliâ dinumeratione Annorum hi, aliâ alii uſi fuerint Populi; Hinc Annus Ægyptiacus & Chaldaicus, Hinc Annus Julianus, qui palmam tandem obtinuit, & à Julio Cæſare, ceu medela Annorum tum confuſe fluentium, introductus & ad ſolem reformatus eſt, etenim

Is decies ſenos, ter centum & quinque dierum
Junxit, & è pleno tempora quarta die.

ut canit Ovidius libr. Faſt. 3.

II. Et hic Annus in certum menſium numerum diviſus, tamen in Imperio noſtro Romano-Germanico 116

eo habet authoritatem, ut ſecundum hujus computationem Summum Imperii Tribunal procedat, & Civilia eorum negotia inſtituat. Uti concluſum eſt. *Anno 1583. die 14. Iulii Denaiſ. de jur Cam. 1 tit. 35. Ibi rationem annectit. Cranius de Pace Relig. p. 1 problem. 6. Beſold. in Addit. voce* Calender.

Interponere hic ſe & falcem in alienam meſſem, laudis conſequendæ gratia, immittere volebat, Summus Pontifex Gregorius, quâ de cauſâ de Emendatione & accuratiori Calendarii calculo cogitavit, quod & effecit; an vero perfectiori modo, id quod volunt, an perfectiſſimo, id quod nolunt, meum non eſt judicare, ſed Doctiſſimorum Mathematicorum, quibus etiam hanc litem relinquo, cum extra meum forum ſit.

III. Poſſemus hic Epocharum atque Indictionum mentionem facere, & dierum menſium temporumque varietatem olim variis gentibus varie uſurpatam, ſubjungere, ſed quoniam in propoſita materiâ Juris de ANNO nobis eſt ſermo, ideo & circa hunc terminum ſolum erimus occupati, temporum aliorum dinumerationem & utilitatem aliis relinquentes.

IV. Computationem itaque Annorum, ſive Julianorum, ſive Gregorianorum, pro cujuſque loci qualitate & diſpoſitione quam maxime obſervandam eſſe evincunt tum Juris Civilis noſtri expreſſi textus, tum & locorum exempla & conſuetudines. Confirmat Annum Julianum ejuſque obſervationem inducit *l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. l. 4. §. 5 ff. de ſtat. liber. l. 134. de V. S.* Ex altera vero parte, ſepoſitâ aliorum locorum commemoratione, ſe ſe probationi ſufficienter offert, *Auguſtiſſima Civitas Auguſta Vindelicorum*, quæ ex prudenti conſilio & diverſarum circumſtantiarum habito reſpectu, Calendario Gre-

gedano ſubſcripſit, & in hunc uſque diem ejus dimenſio-nem ſequitur; Quod licet nonnulli graviter improbent, & ſana conſcientiâ fieri poſſe negent, Affirmantium tamen caſtra munitiora eſſe, mihi quam optime videtur.

V. Iſtorum itaque Annorum ratio, quale in jure noſtro habeat pondus, & quantam efficaciam, ex variis ſtudii hujus materiis luculenter oſtendi poteſt: Non abs re erit breviſſimis earum aliquot recenſere.

VI. In Cauſa acquirendi Dominii B. f. poſſeſſor ſpatio triennii uſucapit res mobiles, immobiles vero decennio, ſi præſens, Annis vero duplicatis, ſi abſens, *per princ. Inſtit. de uſucap. l. 1. C. de uſucap. Transform.* Ita ſi Debitor Chirographo ſuo fateatur ſe debere, eique numeratam eſſe pecuniam, biennium habet ad inſtituendam querelam de non numeratâ pecuniâ privilegiatam, quam tamen numeratorum ſibi creditorem ſperaverat. *l. 14. in princ. C. de* [illegible] *pec.* Eundem in modum Advocatis quorumcunque judiciorum ultra biennium non licebat abeſſe, idque ſub pœna remotionis ab officio: Erant enim apud Veteres certo ordine & numero in matricula conſignati atque deſcripti. *l. ult. C. de Advoc. diverſ. judic.* Et ſanè, habent ſua definita tempora & annos maſculi atque fœminæ, juxta quorum menſuram & numerationem jure ſuo fruuntur. *l. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar. § 9. Inſt. de inut. ſtipul. princ. Inſt. de Nupt.* Campus rerum occurrentium hic ſe aperiret latiſſimus, niſi alia nobis ſupereſſet via, qua incedendum: Poſſemus enim ſermones facere de ratione *Annorum* in materia Actionum. *l. 5. C. de Injur. l. ult. C. de dolo l. 19. § 6. ff. de Ædil. Edict.* Judiciorum. *Authent. de litig. cap. 1. l. 13. in pr. C. de judic. c. 2. X. de ſentent. & re judic.* Nuptiarum. *Deut. 24. verſ. 5. l. 1. 2. C. de ſecund. Nupt. l. 1. ff. de his quibus ut indign. inform.* peculii. *l. 5. C. ad SC. Maced.* commiſſi

l. 2. C. de vectig. & commiſſ. præſcriptione delictorum *l. 11. ff. ad L. Iul. de Adult. l. 7. ff ad L. Iul. Pecul. Hieron. Gigas tr. de crim. læſ. maj. rubr. qualiter & quando &c. q* 14. *Euſtath. de tempor. intervall.* & aliarum Juris poſitionum, ſed jam pergimus ad vocabulum

GRATIÆ.

VII. Gratiam in jure noſtro Civili lucere, & undique, diverſâ tamen ſignificatione, radiare, extra dubium eſt. modo enim cernimus denotare remiſſionem nullam delictorum, quam nos jus vocamus Adgratiandi oder Begnadigungs-Recht/ qn. ſc. damnati à Principe ex cauſa criminali reſtituuntur. *l. 27. pr de pæn. t. t. de ſent. paſſ. & reſt. Ampliſſ. Dn. Cognatus D. Birckius, (cujus anima in benedictione) in C. I. A enucleato Tit. de in integr. reſt. §. 1.* & homo delinquens, non in puncto juſtitiæ, ſed gratiâ conſideratur; *Magnif. Facult. noſtræ Iurid. Senior. Dn. D. Rebhan. Fautor Affinis & Patronus meus nunquam ſatis laudandus & æternâ memoriâ Venerandus, in lectionibus ad Ludov. Syn. Feud. publicis.* modo iſtam reſtitutionem, quâ præter pœnæ remiſſionem & reditus in patriam conceditur, & fama reſtituitur. *l. 3. C. de gener. abol.* Dignitates iidem & bona omnia amiſſa recuperantur. *l. fin. §. 4. junct. l. 1. C. de ſentent. paſſ. & reſt. §. 1. Inſt. quemadm. Patr. Poteſ. ſolv.* Modo etiam ipſum favorem, ut *in l. 7. § 8. ff. de minor. l. 3. C. de jure Fiſci.* & diſpenſationem, unde hæ loquendi formulæ ortæ videntur: Gratiam canonis legiſque facere, ex jure diligentiore aliquid imminuere. Gratiam jurisjurandi facere *l.* 6. 32. 41. *ff de jurejur.* i. e. ſolvere jurisjurandi neceſſitate, ſive ut *Paulus lib. 2. ſent. tit.* 1. loquitur, remittere neceſſitatem jurisjurandi, clementer & humanitatis intuitu aliquid concedere, *l. 2.*

§. 2. ff. de his qui not. infam. vid. Calvin. Lex. Iurid. voce Gratia. Moribus noſtris illa etiam ſingularis ſignificatur *Gratia*, quæ in donatione aureorum nummorum conſiſtit, & à Principibus benemeritis, veluti Cancellariis, Conſiliariis & aliis Viris Præcellentioribus, in ſignum Gratiæ atque favoris, dantur; vocari ſolent ejuſmodi res pretioſæ lingua noſtra Genaden-Groſchen / Genaden-Pfennig / Bruſtbilder. *Ant. August. in tr. de numiſm. antiq. in dialog. Aeneas Vicus. Sebaſt. Eriz. Beſold. Theſ. Pract. voc.* Genaden-Groſchen / & plerumque imagines Imperatorum Regum, Comitum, vel Principatus inſignia, impreſſas ferunt.

Vox Gratiæ denique pro eo famoſo ſignificatu ſumi poterit, qui caſum pro amico defendit, nobis autem eam gratiam maximam iniquitatem ſapere, ex eo haud fallibiliter videtur, quia Jus noſtrum nullam inducit differentiam, ubi aliquid fit pecuniâ, vel abundanti gratiâ. *per Nov. 2. c. 1. Nov. 22. §. 25. Barboſ. lib. 7. c. 10. Axiom. 1.*

VIII. Remotis his omnibus Significationibus, ad noſtram properabimus metam, & ANNUM GRATIÆ, pro beneficio, ex fonte Liberalitatis profluente, explicabimus, ut adeo jam ipſa definitio in promptu ſit, & ANNUS GRATIÆ definiri poſſit: Beneficium, quod defuncti viduæ vel Liberis, ſpeciali lege, vel moribus, conceſſum eſt, ut eo ad certum & determinatum temporis ſpatium fruatur. *Carpz. Iuriſpr. conſiſt. lib. 1. defin. 170. num. 9. & alibi: Ioh. Scluterus in libello de Miniſtr. Privil. Salar. & honorar. num. 33. pag. m. 224.*

Sequitur

TRACTATIO IPSA

IX. Dixi eſſe Beneficium, adeoque ultra promeritum, quo ipſo ſtatim à Salario, quod pro labore opere ac induſtria debetur, differt. Eſt autem hoc ſalarium communiter nobis, ſicut alias in jure noſtro diverſimode etiam accipitur, vid. *Calv. lex. in voc. Salar.* nihil aliud quam merces annua, ſtipendiumque, quod ob Liberalem Artem, Medicinam, Advocationis, Procurationis, vel aliam operam præſtatur, quomodo accipiendum venit *l. 56. §. 3. ff. l. 1. 17. C. mand. l. 52. §. 8. ff. pro ſoc. l. 26.* [illegible] *ff. de aliment. legat. leg. 4. §. 2. ff. de decret. ab ord. fac.* Hinc is, qui tale ſtipendium accipit, Salararius dicitur. *per leg. 10. §. 9. ff. mand.* & conſiſtit vel in certâ paratâ pecuniâ, ſtato tempore ſolvenda, vel è fundi aliarumque rerum Eccleſiaſticarum uſufructu, uſu, habitatione, ex præſtitis per Parochianos decimis, pernis, panibus, *vid. Hamburg. Præbend. Ordinat.* ([illegible]) Tho weten dat alle und eines jeden Proven jahrliches ehren Anfanck und Ende hebben den 17. April [illegible] colligitur. Et videtur Salarium exinde ſibi ortum ſumſiſſe, quod Salaria accipientes inde ſe alant, *Vopiſcus in Aureliano*: Cum enim hic Romam venit, Salaria ſibi ordinis ſui decreta, [illegible] panes militares, numero ſedecim, panes militares Caſtrenſes quadraginta; vini menſalis ſextarios quadraginta, &c. e quibus intelligitur annonam cuique deſtinatam & aſſignatam, Salarium dici.

X. Cui jam itaque ejuſmodi conſtitutum eſt Salarium, is merito fructus laboris ſui percipit, eosque ad heredes transmittit, etiamſi ante exactum temporis ſpatium deceſſerit, & mortalitate præventus, operas præſtare non potuerit. Quâ in re elegans obvenit textus *in l. 4. ff. de*

offic. Aſſeſ. ubi Legatus Cæſaris ante officium finitum diem obiit, & nihilominus Comitibus Salarium reſidui temporis præſtitum fuit; Sed durum quodammodo eſſe videtur, & æquitati minus conveniens, ſi quod ob cauſam datum eſt, eâ ceſſante, nihilominus peti poſſit; finito enim officio, finitur ſimul labor, & conſequenter, ipſum ſtipendium, quod non niſi pro labore & officio præſtito penditur: facit *l. 15. §. 6. ff. locat.* in qua lege proponitur caſus, quo nauta quidam vecturam, i. e. pretium, ſeu mercedem, pro opera vehendi acceperat, & deinde, nave amiſſa, vehendi munere functus non ſit, & deciditur, non immerito vecturam ab eo repeti poſſe, ſubjecta generali extenſione, hoc in omnibus perſonis ſimiliter procedere: Si itaque etiam ſoluti indebitè ſtipendii condictio & repetitio conceditur, quanto facilius nondum ſoluti exactio denegabitur. Secundum Vulgat. verſ.

Turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes.

Sed facilis conciliatio eſt ad manus, nam longè alia ratio habenda eſt Salarii mercenariorum, & Aſſeſſorum, Medicorum & aliorum Comitum, hodiè itidem Doctorum, Profeſſorum, Advocatorum, aliorumque, quibus plerumque Salaria & Honoraria annua à Republ. vel Privatis conſtituta ſunt; Illud enim cum tempore extinguitur, hoc non item, debetur enim illis, quantumvis multum ante tempus è vita exierint. Alteram reſponſionis vim ex eo depromimus, quod tempus inchoatum ſive cœptum habeatur pro completo hic, ut in aliis favorabilibus, exemplo *l. 5. & 22. ff. de ann. leg.* Quando enim Salarium debetur ex ordinatione legali, vel quæ ejus loco ſuccedit, veluti ſi per ſtipulationem promiſſum ſit, tunc tot ſunt obligationes, quot ſunt anni, & ideò pro anno cœpto totius anni ſalarium debetur, ita ut ſalarium initio

119

anni ſolutum, ob impedimentum ſuperveniens repeti non poſſit, verba ſunt Gail. lib. 1. obſerv. 44. n. 11. quibus [illegible] Mynſ. cent. 2. obſerv. 7. & 8. Accedit & tertio, quod per ejuſmodi perſonas non ſtet, quo minus officium ſuum ad tempus uſque præfinitum continuent. ſec. l. 1. § 13. ibi quia per ipſum non ſteterat, quo minus cauſam ageret, ubi Gloſſa [illegible], & Bart. num. 2. ff. de extraord. cognit. l. 39. [illegible] ſi per eum non ſtetit, quo minus operas præſtet, [illegible] ff. locat. l. [illegible] C. de condict. [illegible] Alberic. de Roſate ad l. ſuper. all. 4. de offic. Aſſeſſ. n. 7. Et hanc tertiam rationem nonnulli applicant Profeſſoribus, ob graſſantem peſtem, morbum eorum ſonticum, vel aliud juſtum impedimentum, non docentibus, ut nihilominus totius anni Salarium illis debeatur. Philipp. Decius conſil. 70. incipit: præ tenui facultate. n. 3. & ſeqq. Natta conſ. 452. incipit: Caſus. n. 6. ubi plura habet allegata. Inferri hic ſpeciales rationes atque limitationes, præſertim l. ſolemus 4. ff. de off. Aſſeſſ. poſſent, niſi ANNUS GRATIÆ ab annuis Salariis nos avocaret, prætermittemus tamen [illegible] huc uſus practici exempla quotidiana, ut eo melius de mercenariorum Salario edocti ſimus. Servus itaque mercenarius, ſi Dominus ejus ante completum conductionis terminum moriatur, non ultra tempus, quo in Servitio fuit, mercedem ab heredibus accipit, ſed tantum pro illa temporis parte, quia ut ſupra indigitatum eſt, deficientibus operis, deficit & ipſa merces per l. 19. § 6. ff. loc. id quod & jure Saxon. eſt conveniens. vid. Landr. lib. 1. art. 22. [illegible] von dem Erbe ſoll man dem Geſinde geben [illegible] ſo viel ihm gebühret / biß an den Tag da ihr Herr ſtarb. quod etiam obtinet in caſu, ſi famulus qui operas ſuas locavit, ante tempus ſuum ſervitii deceſſit, quia in eo

eadem ratio juris, quæ ſupra militat, ex d. l. 15. §. 6. ff. loc. l. 30. pr. verſ. cum tam labor ff. de ann. legat. conſentiunt l. 19. §. 9. l. 30. §. 1. ff. locat. item Jus Saxon. d. art. 22. ibi: Stirbet auch der gemiethete Mann / ehe er ſeinen vollkommenen Lohn verdienet / welcher ihm verheiſſen war / man iſt ſeinen Erben nicht mehr pflichtig zu geben / dann er verdienet hat / und ihm gebühret / biß auff die Zeit / da er ſtarb. *Magnif. Dn. Carpz. part. Jurispr. For. conſt. 11. def. 12. Reinhard. part. 1. diff. 39. Coler. p. 1. deciſ. 201. n. 14. & 15.* Dari tamen etiam caſus, ubi vel Dominus, nullis à ſervo exhibitis officiis, totalem ei ſolvere mercedem debet, vel ob malitiam ſervorum ancillarumque, ne quidem ratam temporis partem, in propatulo eſt. Prior modus contingere poteſt, ſi Dominus ſine juſtâ & probabili causâ, ante finem ejiciat ſervum, tunc enim mercedem ei dare tenetur. *vid. l. 38. pr. ff. locat. concordat. Jus Saxon. lib. 1.* Landrecht. *art. 32. ibi:* vertreibet aber der Herr den Knecht / oder urlaubet ihn ehe der Zeit / er ſoll ihme vollen Lohn geben. Weichbild *art. 78. §.* ihr ſollt auch wiſſen *ibi:* Hette ſich ein Dienſtbott ſeinem Herrn vermiedet / biß auff ein genante Zeit / und der Herr vertrieb ihn ehe der Zeit / er ſoll ihme gantzen Lohn geben / als ob er den verdienet hette / darumb daß er den Dienſtbotten verſaumet / Er beweiſe dann redliche Urſach / als recht iſt / oder behielte mit zweien Fingern uff den Heiligen. *Coler. deciſ.* 201. Poſteriorem modum ſuppeditat nobis *Ordinat. Pol. Florentiſſimæ Reipubl. Argentoratenſis. tit. 4.* Geſinde-Ordnung. *§. 7. p. 21. ibi:* würde aber ein Knecht / Magd oder Dienſt-Botte vor ſolcher Zeit ohne rechtmäſſige Urſach auß dem Dienſt gehen / die ſollen / nach Ermeſſung unſerer Zuchtrichter / entweder ihren Lohn verwürcket haben / oder in das Zuchthäußlein geſtecket / oder ihnen ein halb Jahr nechſt darauff folgend / in dieſer Statt zu dienen nicht geſtattet werden. 120

Et. d. t. 4. §. 9. wann ſich aber in Warheit befinden ſolte/ daß die Herꝛſchafft/ Meiſter und Frauen ihr Geſind/ Knecht/ Mägd oder Dienſtbotten/ ſo unzimblich und ungebührlich hielten/ daß Sie nicht bleiben könten/ oder das Geſind ſelbſt vor dem Zihl ohne erhebliche Urſachen (darunder beede theil ſich mit mehrgemelter unſerer Zucht-richter Urtheil ſättigen zu laſſen ſchuldig) außgeſchlagen hette/ ſo ſollen alßdann Herꝛn/ Meiſter und Frauen ſchuldig ſein/ ſie ihres Lohns/ biß auff das nechſt vorſtehende Viertel Jahrs Zihl/ völlig zu befriedigen: quæ omnia *Dn. Carpz.* uno comprehendit Reſponſo, verbis ita ſonantibus: Gleich wie nach deß Herꝛn Abſterben deſſelben Geſind/ als welches von ſeinem Dienſt dardurch loß wird/ ein weiters und mehrers Lohns/ als es mit ſeiner Arbeit biß auff ſolche Zeit verdienet/ zu fordern nicht berechtiget iſt/ alſo mag auch der Herꝛ/ nach Abſterben ſeines Geſinds/ deſſen Erben von dem verſprochenen Lohn mehr nicht/ als ſelbiger Zeit fällig und verdienet geweſen/ zu entrichten angehalten werden; dafern aber daß Geſind vor deren Zeit ohne genugſame Urſach auß dem Dienſt ziehet/ oder aber heimblichen entlauffet/ iſt ihme der Herꝛ gantz keinen/ auch nicht den verdienten Jahrs-Lohn zu geben ſchuldig. V. R. W. Longè jam autem alia habetur conſideratio Salarii ejus, quod non intuitu laboris, ſed ut Honorarium, propter comparationem ſapientiæ & auri, quod exigua eſt arena. *Sap. 7. verſ. 9 Iacob Benius de Priv. ICtorum part. 3. n. 76.* dignitatem & Honorem. *Paul. in l. 4. de offic. Aſſeſſ. n.* 4. eminentem eruditionem. *Ioh. Baptiſt. Sanctoſever. in d. l. 4. n.* 31. probitatem ſcientiæ *Ia ob. de nigro ibid. Hieron. Cagnol. ibid. n. 75* debetur. Diſceſſum nunc autem ab hoc Salario, quod viduæ & heredibus jure debetur, faciamus, illudque Salarium unicè conſiderabimus, quod ex merâ gratiâ deſcendit. Et hoc illud eſt Beneficium, reſpiciens

ſpiciens Annum ultra inſequentem; Cujus quoque veſtigium extat in Jure Civili, ſc. Secundum eorum heredibus, qui non tantum quod reliquum eſt ex Salario Anni percipiunt, *l. fin. C. de Domeſt. & Protect.* ſed & inſequentis Anni Salario fruuntur. Ex hodiernis moribus, Conſtitutionibus, Saxonicis præſertim, non enim de omnibus dicendi animus eſt, conſtat, ut pluribus in locis, ita vel maxime in Electoratu Saxonico viduæ & liberis Profeſſorum & Miniſtrorum Verbi Divini, ſemeſtria dari Salaria, Scabinorum verò vel Adſeſſorum curialis judicii viduis atque liberis, integri inſequentis Anni. *vid. Andr. Rauchbar. q. 25. n. 12. & ſeqq. part. prior. Ernest. Cothmann. Reſponſ. Academ. 46. n. 19.* ubi etiam ſui loci conſuetudinem adducit. Et hæc Benevola conceſſio non ex aliqua obligatione, ſed magnâ gratiâ, pioque favore, qui ad ejuſmodi perſonas miſerabiles extenditur, profluit. Id quod ipſiſſimis verbis probatur Electoralibus. *in Ordin. Eccleſ. ſub rubr.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. Auß ſonderer Genade wollen wir der verſtorbenen Paſtoren und Kirchendiener Witben und Kindern/ein halb Jahr/ nach ihres Ehewirths und Vatern Abſterben/in der Pfarr-Predig oder Diaconats-Behauſung den Sitz/ darzu den halben Theil ſeiner Jahrs-Beſoldung/ von Zeit ſeines Abſterbens an/folgen/und mitler dieſſen den Predig-Dienſt durch die benachbarte Pfarrer verſehen laſſen. Hinc etiam Beneficium hoc vocari ſolet Genaden-Jahr/ vel Halb Genaden-Jahr. NB.

XI. Cauſam autem Gratioſiſſimi hujus Juris imponentem & ſimul finalem, refert *Magnus Carpz. lib. 1. Jurisp. conſiſt. def. 123. in fin.* ſc. non ſolum humanitatis intuitu, pioque conſilio, ita conſtitutum eſſe, ut adminiculum alimentorum inde poſteri adipiſcerentur, verum 121

quò

quò etiam poſt mortem Miniſtrorum Verbi Divini gratitudo & liberalitas erga miniſterium demonſtraretur, & heredes defunctorum ſolatio quodam reficerentur: vel ut eod. libro. *def.* 216. *n.* 19. loquitur: Alimentorum ſubſidium non ſola cauſa eſt hujus Beneficii, quippe quod intuitu magis defuncti Paſtoris conceſſum, ut ſc. majori præmio iſtius labores, etiam poſt obitum ejus, compenſentur, & liberalitas erga miniſterium demonſtretur. *add. def.* 211. *n.* 15 *& ſeqq.* proque præſtito in ſacris officio, lege gratitudinis ſperentur bona temporalia, pro quibus bona reddita ſunt ſpiritualia 1. *ad Corinth.* 9. *Theod. Reinkhing. de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib.* 3. *claſſ.* 1. *c.* 8. *n.* 2. *Math. de Aſflict. in Præfat. ad Deciſ. Neapol. n.* 2. Quibus etiam & hanc annectimus rationem, quod ejuſmodi Perſonæ vitam pene omnem cum rei domeſticæ anguſtiâ tranſigant, adeoque ſuis theſaurizare non poſſint; Exiguum enim habent ſtipendium, & negotiationibus exercendis, & lucris captandis operam dare neque poſſunt, neque debent; ut proinde viduæ liberique meritò ex gratioſa donatione aliquid capere debeant. Exilium hic ſibi & obſcuras latebras inane illud genus hominum quærat, quod Juris-Conſultos opibus abundare, eamque ob cauſam, hoc Beneficio afficiendos non eſſe, dicit; Cum enim Sinceri iſti homines ſint Rerumpubl. Fulcra, & Principis ſalus, indecenter ſane ageretur, ſi eorum viduis liberiſq; mœſtis luctuoſum ejuſmodi Salarium eriperetur, *vid. Erneſt. Cothmann. Reſp. Academ.* 46. *in fine.*

XII. Fruuntur ergo ſingulari hâc gratiâ, ut ex præmiſſis concludi poteſt, viduæ, etiamſi dotem ac bona ſua illata repetant. *Dn. Carpz. in Juriſpr. Conſiſt. def.* 214. Sed an ſolæ? Negatur, cum enim æqualem hic rationem inveniamus, quid ni & æqualia jura: *Facit huc Conſil. Facult.*

Theol.

Theol. Jenenſ. & verba marginal. à Domino Carpz. comme-
morata. def. 208. n. 3. Es iſt GOttes Wort und der Billig-
keit gemäß, daß in Mangel der Witben die nachgelaſſenen
Kinder des Genaden-Jahrs genieſſen. Qui Favor in tan-
tum æſtimatur, ut in concurſu viduæ, ad relictos ex pri-
mo, ſecundo & tertio matrimonio, liberos atque nepo-
tes, eorumque heredes, ſe extendat, *vid. Sigiſmund. Fin-*
ckelthauſ. in tract. de Jure Patron. c. 6. n. 102. & 103. 105 ubi
etiam præjudicium Conſiſtorii Lipſienſis adfert, & in e-
meriti paſtoris progenie, ſubſtituto excluſo, obſervari
quoque aſſerit. *eod. c. n. 117.* Variant tamen hic locorum
ſtatuta, in Pomerania enim viduæ ſolummodo hoc Be-
neficio gaudent, quod probari poteſt ex Conſilio Theo-
logorum Pomeranorum, vom Genaden-Jahr der
Pfarrer Witben Anno 1572. verfaſſet in einem Convent zu
Stettin und dem Lands-Fürſten übergeben. *apud Georg. De-*
deken. Volum. 2. part. 2. Conſ. Theol. pag. 898. ſub n. 16.

XIII. Sed quid, ſi contingat Paſtorem ſine liberis
mori, ad Aſcendentes ne vel collaterales quidpiam de
Salario Gratiæ perveniet? Non puto, cum in Ordinat.
Electorali Eccleſiaſt. ex quâ potiſſimum lucem hæc ma-
teria ſibi ſumſit, ſolum viduatum ac liberorum mentio
fiat, ſub quibus vocabulis Aſcendentium vel Collatera-
lium Ordo, vel quorumcunque Extraneorum, venire ne-
quit. *vid. Dn. Carpz. Jurispr. Conſiſt. def. 217. & 218.* Cui
Reſponſioni inſuper apponimus hanc, quod cauſa Privi-
legii hoc in caſu ceſſet, & præjudicium tertii ſeſe immi-
ſceat prædict. *Dn. Carpz. eâd. def. n. 6. 9. Videatur funda-*
mentum hujus rei in tract. Finckelth. de jure Patr. cap. 6. n. 111.
Quare, non extantibus perſonis, quæ capere poſſunt, Sa-
larium ejuſmodi vacans in certam, & ſub annuâ penſio- 122
ne, redigitur ſortem, ad meliorem futuri Paſtoris ſuſten-

tationem, ſive etiam vicinis paſtoribus, qui vacante parochiâ laborem & functionem Eccleſiaſticam ſubeunt, pie aſſignatur, ob rationem, quod operarius mercede ſuâ ſit dignus *Luc. 10.* & æquitati maximè congruum, ſentire eos commodum, qui ſentiunt onera. *l. 10. ff. de R. J.* vel nonnunquam in pios vertitur uſus, & pauperibus viduis, aliisque miſerabilibus hominibus, à Principe, vel Epiſcopo ſubvenitur, id quod diſcretioni relinquendum eſt arbitrio, & fideli rerum Sacrarum Curæ. *David Pareus in Epiſt. Divi Pauli ad Rom. c. 13. dub. 5. Joh. Gerh. tom. 6. loc. de Magiſt. Polit. § 103. & ſeqq. Balth. Meiſner. part. 3. Philoſoph. Sobr. ſect. 2. c. 2. quæſt. 1. Nordermann. de jure Principal. concluſ. 12. inprimis. Henr. Höpfn. in Saxon. Evang. p. 145. & ſeqq.*

XIV. Paucis porrò hæc quæſtio reſolvenda venit, An nimirum ſingulari hoc Beneficio viduæ liberique Miniſtrorum Scholæ, puta, Rectorum, Cantorum, etiam gaudeant? Nos hanc ſubminiſtramus deciſionem, ſi Beneficium hoc tantummodo de Paſtorum ac Diaconorum viduis & ſobole loquatur, ut in Seren. Elect. Saxon. Conſt. tunc meritò & jure excluduntur, quia à voluntate diſponentis nequaquam eſt recedendum, ſed ei per omnia obediendum. *l. 13. C. de uſufr. l. 19. ff. ſi cert. pet.* & nihil contra mentem ad caſus alios & perſonas trahendum. *Andr. Gail. de Arreſt. c. 10. n. 9. & ſeqq. Joh. de Platea ad l. Medicos 6. num. 2. C. de Profeſſ. Anton. Capyc. deciſ. Neapol. 155. n. 22. Theodor. Reinking. de Regim. Sec. et Eccleſ. lib. 1. claſſ. 2. c. 8. n. 33.* Si verò ex commiſeratione & ſpeciali conceſſione, ob fidelem puerorum informationem, HUMANI GRATIÆ participes fiant, invidendum illis non eſt, quia etiam ſunt miſerabiles perſonæ, & nunquam ferè non inopes, parvo Salario ſe ſuſtentantes. Idem Juris eſſe cenſeo in Organicorum & æditiorum viduis atq; liberis, *ſequ-*

Dn. Carpz. in IP. Conſiſt. def. 226. 227. 228. 229. Prorſus autem ab hoc Beneficio removendus eſt Paſtor ille, qui relictâ Parochiâ, ad alium Paſtoratum ſeu functionem Eccleſiaſticam vocatur. *de qua re vid. Dn. Carpz. def.* 230. *per tot.*

XV. Materia, quæ in hoc ſpeciali jure oculis ſe ſubjicit, eadem eſt cum Salarii ejus, quod jure debetur, de qua jam ſupra, nolumus itaq; crambem bis coctam apponere. Operationes tamen nonnullas, ex hoc jure circa eam fluentes, monſtrabimus. Quarum prima circa ædes Parochiales occurrit. Certum eſt, quod Parochi domum Sartam tectamque, inſtar boni Patrisfam. conſervare teneantur. *Lambertin. de jur. Patron. lib. 3. art. 3. q. 7. Citadin. de jur. Patron. part. 6. art. 5. num. 7. Elector. Ordin. Eccleſ. artic. general.* 32. §. wann ſie alßdann, in verbis: Sollen ſie was vom Geſind durch täglichen Brauch verwüſtet und zerbrochen wird / als Ofen / Fenſter / Thüren / Schlöſſer / Tach und Fach / ſo lang ſie darinnen wohnen / und Pfarrer daſelbſt bleiben / als guten Haußwürthen gebühret / in baulichen Weſen erhalten. quod æqualiter etiam porrigitur ad Defunctorum viduas Liberosque. *per Ordin. Eccleſ. ſub.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und zu fernerer Genad. verba fin. doch daß ſie auch die Gebäue und Güter / wie in general-articul vermeldet / in denen Würden erhalten / wie ihr verſtorbener Vatter zu thun ſchuldig geweſen. Sed an durante ANNO GRATIÆ, & ædificio collapſo refecto, ſumtus repetere poſſint, quæſtionis eſt? Nos utique Affirmativam tenemus, & Fiſcum Eccleſiæ vel Parœcianos ad refectionem ædium contribuere debere, ſtatuimus. vid. in hanc rem iterum *Ordin. Eccleſ. artic. gener.* 32. §. wann aber ein Gebäu ꝛc. *Caſpar Klock de contrib. c. 2. n. 52. Sigiſm. Finckelthauſ. de jure Patron. c. 4. n. 26.*

XVI. Alterum juris hujus effectum hæc dictitat,

123

quæſtio, utrum [illegible], paſtore defuncto, & [illegible] alienum ex Salario Gratiæ ſolvendum ſit? Cujus [illegible] reſolutionem [illegible] induci mus, qui habetur *in l. ult. C. de [illegible] Nov. [illegible] cap. [illegible] Nov. [illegible]* [illegible] Moinis [illegible], eorum creditoribus nihil juris competere in commodis, quæ heredibus ex ſpeciali [illegible] deferuntur, niſi pecunia creditorum defuncti [illegible] ſibi comparaverint, quippe quod commoda [illegible] hereditatis, ſed [illegible] gi cauſa percipiant. *l. [illegible] ob [illegible]* [illegible] & hinc etiam eſt, quod ejuſmodi Salarium Gratiæ, pro ære alieno, arreſtari nequeat, cum, uti modo dictum, non debeatur. *vid. [illegible]* [illegible] *qui [illegible] effectum ſingularem hujus Beneficii* [illegible] *defin. [illegible] ponit.*

XVIII. Mult[illegible] de diviſione Beneficii [illegible] ter perſonas defuncti concurrentes, & [illegible] computatione, [illegible] proferenda, [illegible] Fortunæ non [illegible] ratio, [illegible] nem quæ rei [illegible] aliam Jure Saxon. [illegible] ipſo momento obitus [illegible] ſpectari [illegible] *Carpzov.* [illegible] diſpon. [illegible] [illegible] ducendum eſt illud [illegible], [illegible] quod [illegible] debetur, præjudice [illegible] quod obſervandum tam in Salario Gratiæ, quam [illegible] [illegible] in [illegible] Reſpon[illegible] quoddam Supremi Conſiſtorii [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] his verbis: Iſt Zacharias Schr[illegible] / Pfarrer zu Zugelheim / im vergangenen 1607ten Jahr / 3 Wochen vor Michaelis, quod feſtum ibidem pro termino & initii & finis anni Salarii habetur / verſtorben / ſo hat er ſelbige Jahrs Pfarrliches gantzes Einkommen / ohne Geld / Feld und Garten-Gewächs / Zehenden und andere Gefälle / auff ſeine Wittib und rechten Erben / als ſein verdiente Beſoldung / gebracht und verdient: Deß folgenden Jahrs vollſtändige Einkommen aber / von Michaelis 1607. biß 1608. darunter die Sommer-Früchten / ſo wohl aller Zehend / ob er wohl Martini, Weynachten oder Faßnacht hernach allererſt fällig / auch gefallen / wird zwiſchen deß verſtorbenen Pfarrern Wittben und Kinderen / ihrer Begnadigung wegen / getheilet / [illegible] jeder Theil das Saamen Getraid / Ackerlohn / und andere Unkoſten zur Helffte zu geben / und derowegen ſich ein Theil mit dem andren welches die Verſchaffung und Auflage allein gethan / gebührlichen abzufinden / auch die Wittibe und andere deß verſtorbenen Erben daß Inventarium, wie es in der matricul zu befinden / und ſo der verſtorbene bey ſeinem Anzug überkommen / von der annoch reſtierenden Beſoldung / auffſtehenden Zinſen und anderen / ſo verdienet werden / dem Succeſſori zu erſtatten und zu überlaſſen / oder mit Geld zu erſetzen ſchuldig: von Rechts wegen. Cæterorum Terminorum articulum qui ſcire deſiderat, adeat ruſus *Magiſt. Dn. Carpz. IP. Conſ.* [illegible] *& in ea defin.* 200. 201. 202. 203. Ejuſque deciſioni vel aliis locorum conſuetudinibus inhæreat.

XVII. Et tantum de ANNO GRATIÆ. Fulget præterea viduis alia etiam multarum rerum & immunitatum GRATIA, quâ mœrentes, in ſtatu viduitatis & ad vitam uſque ſolantur; ſed de hac inſtituere diſcurſus, con-

 124

ditio meorum temporum non patitur: Habes Benevole Lector Doctorum copiam, & inter eos. *M. Stephan. de jurisd. l. 3. part. 2. c. 6. per tot. & c 8. n. 1. & 13. & c. 9. n. 19. Schard. in authent. Habita n. 11. Petrum Fridericum Mindanum de continent. cauſ. c. 19. n. 19. Cammannum diſp. 11. n. 84. Magnif. Dn. D. Taborem. in tract. de Metat. quos evolve.*

Cæterum de hâc mea Diſputatione Inaugurali, accuratiori tuo judicio ſuppoſita, amicè judica, & me Gratiâ tuâ dignum habe.

TIBI, O! ÆTERNE DEUS, ANNORUM TURBIDORUM DEPULSORI, ET GRATIOSORUM, REDUCTORI, SIT IMMENSA GLORIA ET INEFFABILIS GRATIA, IN SECULUM SECULI.

I.

Clariſſimo

DN. CANDIDATO,

de ANNO GRATIÆ feliciter Diſputanti.

NUſquàm ſortis eos futuræ paſcit inanis
Spes, pietate ſuos qui coluere Patres;
Hinc nullus dubitas docto ſermone tueri,
Quod tua decernunt fata benigna tibi.
Scilicet es certus quòd gratia diva beabit
Annos ipſa tuos fructibus atque bonis;
Præcipuo nam, quo complectebare Parentem,
Exemplo, nobis ardor amoris adeſt.
Quare fide DEO, vultus jam mutat acerbos
Sors tua, jam præſens lætior annus erit.

gratulab. accinit

Gothofredus Stöſſerus, U. J. D. Pand. Prof. Ord. & p. t. DECANUS.

II.

Ad Clariſſ. Dn. Candidatum Diſputantem,

Amicum honorandum.

EN! Diſputaturo Tibi de Gratiæ
anno, calente pectore &
calamo ſavente, ERHARDE, totus comprecor
cœleſtis auram Gratiæ:
Ut ipſa gignat hæcce Diſputatio
apud Patronos gratiam.

gratulab. ſcr.

Sebaſtianus Schmidt, S. Th. D. Prof.
& Conv. Eccleſ. Præſes.

III.

Præcellenti Dn. Candidato,

Magne novâ virtute tui veſtigia Patris
Calcaq; quæ quondam dulci [illegible]
In [illegible] Themis [illegible] tibi pandit [illegible]
Ad famam, ad clarum nomen atque decus.

ponit

Jacob Schaller, Th. Doct. Phil. Pract.
Profeſſ. & Collegii Thomani
Decanus.

IV.

DIſputas animo, PERAMICE FAUTOR,
de Gratiâ; Curret TIBI gratioſa
[illegible] incæptans, ubi ſequentes,
Optas amice,
[illegible] cœli [illegible] Thronum
& Patronorum, [illegible] molles
Et TIBI grata [illegible]
Gratia perſtet!

Ita Clariſſimo

DN. CANDIDATO, Amico ſibi gratioſiſſimo, ex 125
animo, ſed feſtinantiſſimo Calamo, gratulatur
Georgius Reinhardus Hammer.

V.

DUm novus annus adeſt, nova gaudia concipit Orbis,
Votaque multiplicat, gratus ut annus eat.
Fallor? an optato, ceu animi præſagia mentem
Haut dubiam ducunt, advenit ille Tibi?
Eſt ita. Conſtanter Te gratia, ERHARDE! *Themiſta*
Anno ſubque novo, ſub veteriqne fovet.
Et fovet, & favet, Hinc ſummos meditatur honores
Mox conferre Tibi. Gratior Annus eat!
Macte iſthoc felix anno, cui ſuccinit æther;
O! Tibi perpetuos inchoet ille dies.

Nobiliſſ. & Clariſſ.
DN. ERHARDO, de Anno Gratiæ
inauguraliter Diſputanti ita gratulari
voluit
Gothofredus Amman.

VI.

GRatia cùm morum Tibi ſit comiſque venuſtas,
Et omnium ſic conſequaris Gratiam;
Tu non omnino fruſtrà feciſſe videris,
De GRATIÆ ANNO dum peritè diſputas,
Sic etenim & Muſis GRATUM Te reddis; Eæque
Summos honorum mox gradus hinc offerent.

Paucis hiſce
Nobiliſſ. & Clariſſ. DN. CANDIDATO, Cognato
& commenſali colendo gratulari voluit
M. Johannes Heinricus Schenck.

VII.

PReſſa diu VIRTUS, lugubri ſtamine rupto
Sortis, ceu viridis palma reſurgit, OVANS;
Sicque vel invitam, ſequitur, DULCISSIME RERUM,
Occulto creſcens fœnore, largus HONOR:
DURA licet fatorum vincula, durior anceps
Fortunæ luſus, ſtat quoque meta MALIS.
Dulce DEI DONUM referes, quod nulla retardent
Tempora fortunæ nubila, mente PRECOR.

Conſobr.
David Wegelinus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA